Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 2757

Quelle:
Copyright:

&c. *Vincentius* hic Martyr *Hispanus* est, non *Ferrerius* O. P. tunc fortasse vix natus.

IV. *fol.* 10. *Sermo generalis minorum in die parasceues coram papa* (Joanne XXII. Avenione) *factus An. domini M. CCC. XXXI.* In illud: *Per proprium sanguinem suum introiuit* &c. *Scripture sacre nos docent tres fuisse materiales domos dei* &c. Minister generalis erat F. *Gerardus Odonis Johanni* familiaris, ut notat *Waddingus* in *Annalib.*

V. *fol.* 13. *Sermo quem fecit dominus P.* (Petrus Rogerii) *rothomagen. archiepisc. in cappella domini nostri pape* (ut ante) *dominica in XL. Anno domini M. CCC. XXXII. secundum computacionem ecclesie romane. XXXI. secundum computacionem ecclesie gallicane. VIII. die marcij.* In illud: *Ihesus ductus est in desertum* &c. *Videtur mihi quando aliquis habet inire* &c. *Sermo* hic habetur etiam *Cod.* praeced. cum aliis *Clementis* sed absque ejus nomine. Diversa computatio ab usu diverso annum inchoandi.

VI. *fol.* 17. *In Parasceue de passione domini Sermo magistri sacri palacij factus ad clerum in auinione multum bonus.* In illud: *Ecce morior cum nihil horum fecerim* &c. *Beatus gregorius V. moralium loquens* &c.

VII. *fol.* 19. p. 2. *De sancto Thoma Sermo magistri Jacobi de tholosa de ordine fratrum Heremitarum sancti Augustini.* In illud: *Oculus meus uidet te* &c. *Beatus Gregorius doctor egregius considerans* &c. *Thomas* Apostolus est; Orator vero *Jacobus Folquerii*, qui an. 1345. *Clementi VI. Viridarium Gregorianum* dicavit. Adi *Ossingeri Biblioth. O. S. A.*

VIII. *fol.* 21. p. 2. *Dominica XXII. post festum trinitatis sermo archiepiscopi antibarensis de ordine fratrum predicatorum.* In illud: *Redde quod debes* &c. *Nos videmus in naturalibus artificialibus* &c. Oratorem hunc antiquiores Scriptores Dominicani *F. G. Adae* adpellant, sed *Quetifus* T. I. p. 724. *Sultaneensem* vult Archiepiscopum *F. G. Adae* dictum, quin tamen alium *Antibarensem* substituat.

IX. a *fol.* 24. Sequuntur *Sermo de S. Nicolao. Sermo in* (quadam) *Dominica. Sermo de Natiuitate Domini. Sermo de sancta Lucia per lectorem sacri palacij. Collacio magistri sacri palacij pro conceptione uel natiuitate christi et habet locum circa textum mathei euangeliste super uerbo. cum esset desponsata mater ihesu &c. Sermo dominica. V. post octauam Epiphanie. Sermo de sancta katerina factus per magistrum minorum.* Nihil ex his eruas.

X. *fol.* 34. *Sermo dominica secunda. post octauam Epiphanie. magistri Ja. aug.* In illud: *Vade ostende te sacerdotibus* &c. *Beatus gregorius doctor egregius XIX° libro moralium* &c. Est hic *Jacobus Folquerii de Tolosa* supracitatus.

XI. *fol.* 36. p. 2. *Sermo factus in die cinerum in domo fratrum minorum per lectorem eorum et similiter collatio subsequens.* In illud: *Cine-*